CURRENDA XVIII.

A. D. 1865.

L. 3504.

Wezwanie do Szanownego Duchowieństwa Dekanatu Nowotarskiego, Makowskiego i Myślenickiego w celu ochronienia dzikich kóz i świstaków od zupełnego wytępienia.

Już i sami zwiedzając nieraz góry tatrzańskie słyszeliśmy, a teraz osobliwie uczone towarzystwo fizyograficzne w Krakowie zwróciło uwagę naszą na to: że zbyteczną chciwością zysku, lub co gorsza zabobonnością powodowani podtatrzańscy mieszkańcy rzucają się na wyniszczenie dzikich kóz i świstaków w górach tatrzańskich i tak już dzisiaj bardzo rzadkich. Te zwierzęta, jako mieszkańcy stromych i dzikich skał lub podziemnych norów są niewinne i w żadnym względzie człowiekowi nieszkodliwe i mieliby nam ludzie wiele do wyrzucenia, gdybyśmy na wytępienie ich obojętnem patrzyli okiem. Znajdowały się dawniéj w lasach naszych: żubry, jelenie i t. d. dziś już w naszym kraju ledwie z imion swych znane, lub je tylko na malowidłach widzimy.

Co Opatrzność Boska dla ozdoby i tak pustych naszych gór osadzić mogła, niewdzięcznością byłoby to zupełnie wytępić. Tak niecnym zarobkiem bawią się dzisiaj najbliższych wiosek Tatrów mieszkańcy chciwi zysku; jakoby chcieli wszelkiéj dokładać usilności, aby ostatnią kozę ubiwszy, parę ryńskich zarobili; nie zważając nawet na grzéch kradzieży, któren popełniają, łowiąc na cudzych obszarach ową zwierzynę. Prócz tego znajdują się tam ludzie, którzy na duszność w piersiach, na ciężkie kaszle z zaziębienia pochodzące i na ułatwienie porodu w tłustości świstaków skuteczny środek uważając, wkopują się w nory i jamy świstaków i całe gniazda niszczą; znajdują się i kobiety, i t. A. K. z Rogoźnika, która z tłustością świstaków włóczy się po Dekanacie Myślenickim i Makowskim, w celu zabobonnym wykpiwa grosz od biednych ludzi. Są to bezecne zabiegi, ale szanowne Duchowieństwo potrafi błędne zdanie obalić, okazując pewne środki przeciw namienionym chorobom i tak przemówić do ludzi, zabobonem upojonych, żeby ustał powód do wyniszczenia tyle kóz dzikich, jako też i niewinnych świstaków, których dziś para tylko rodzin w tatrzańskich górach pokazuje się jeszcze.

Po gorliwości i roztropności szanownych Braci kapłanów okolic tatrzańskich pasterzów spodziewać nam się należy, że w kierunku wskazanym działać będą. Niech Im posłuży do tego broszurka w Krakowie do Dekanatu Nowotarskiego wydana pod napisem: „Upomnienie Zakopianów i wszystkich Podhalanów, aby nie tępili świstaków i kóz“ i ro-

zesłana do Dekanatu Nowotarskiego bezpośrednio przez Szan. wyż wspomnione Towarzystwo, jako i przez Nas do Dek. Makow. i Myślenickiego. Czytanie takich rozpraw lud do lepszego zdania doprowadzić, złemu zapobiegnąć może.

Tarnów dnia 13. Października 1865.

N. 3662.

Furtum sacrilegum in Wilkowisko 2. calicum perpatratum sollicitudo major quoad vigilias nocturnas; instructio intuitu sacrilegiorum &c. &c.

Via officiosa pertingimus ad notitiam tristem, quod noctu in 24: Sept. a. c. in Wilkowisko fures pauperem invaserunt Ecclesiam, infractis ejus forte obseratis foribus, templi non minus, quam sacristiae, et apertis 2. cistis, calices 2. simplices, ex ignobili metallo abstulerunt.. quodque vigiliae nocturnae demandatae raro ibidem agerentur... Vener. Curatus ejas consternatus opem VV. Confratrum ad detegendos fures implorat.

Ex occasione hac officii Nostri ducimus, P. T. Clerum hisce obstringere, ut votis V. Supplicantis non solum deferat, verum parochianos quoque ad vigilias penes templa continuo intertenendas in Domino ac nomine legis obstringat.. non minus e suggestu verba de furtis in genere et in specie de ejusmodi sacrilegis, atque de officio damnum reparandi tantum, saepe facere non intermittat... De *sacrilegiis* voce acriori proclamet verba, quae e Pontificali penes Consecrationem Ecclesiae e Conc. Trid. ses. XXII. CXI. populo denuntiantur.. et in Cur. XX. ex A. 1864. sub N. 3980 pag. 160. fuse citantur et quorum ultima fulminant *anathema* in omnes defraudatores Ecclesiae, beneficiique, in *sacrilegos*, eosque excommunicationi tamdiu deputat, donec a Romano Pontifice *absolutionem* obtinuerint.

Tarnoviae die 26. Oct. 1865.

N. 3531.

Collectio pia pro conflagrato oppido Niemirów commendatur.

Novum incendii casum in Niemirów pandit Nobis Exc. C. R. Praesidium Locumtenentiae Leop. sub 8. Oct. a. c. N. 10455 cum provocatione ad largam collectionem puncto resarciendi damni in 101400 fl. A. V. hujus tenoris:

„Am 29. v. Mts. brach in den Abendstunden in einem Hause des Ringplatzes in Niemirów Feuer aus, welches von einem heftigen Winde genährt, sich mit rasender Eile den benachbarten Häusern mittheilte.

Bald stand ein großer Theil des genannten Bezirksortes in Flammen, welchen umsoweniger Schranken gesetzt werden konnte, als die Israeliten beim Ausbruche des Feuers in der Synagoge versammelt waren und eine allgemeine Bestürzung sich der Gemüther bemächtigte.

62 israelitische und 22 Christen gehörige Wohnhäuser nebst 20 Scheuern und

Stallungen liegen in Asche. Das Bezirks- und Steueramtsgebäude sind ein Raub der Flammen geworden, das Dach der lateinischen Pfarrkirche ist abgebrannt. Der ermittelte Schaden an Gebäuden, Effekten, Vorräthen und Waaren beziffert sich auf 101400 fl. ö. W.

Hunderte von Familien sind obdachlos geworden und sehen mit Bangen der herannahenden rauheren Jahreszeit entgegen.

Das Elend ist um so größer, als selbst die wenigen aus den brennenden Häusern geretteten Habseligkeiten auf dem Ringplatze, woselbst sie deponirt wurden, Feuer fingen, und gänzlich vernichtet wurden.

Die trostlose Lage der Verunglückten, die von der Mildthätigkeit des Landes die Linderung ihrer Noth erwarten, bestimmt mich, eine Sammlung milder Beiträge zu Gunsten der Niemirower Abbrändler auszuschreiben.

Ich gebe mir die Ehre das hochwürdige Konsistorium zu ersuchen, die Verfügung treffen zu wollen, daß den mit der Durchführung dieser Sammlung betrauten politischen Behörden auch Seitens der Geistlichkeit Unterstützung gewährt und auch von der Letzteren selbständig gesammelt werde.

Die einfließenden Beträge, wollen von 14 zu 14 Tagen an den Żółkiewer Kreisvorsteher geleitet werden."

Huic altae Provocationi nec non charitati Christianæ conformiter denuo apperiamus manus una cum populo fideli, et Perillustres Decani collecta ad Nos mox pertingere adlaborabunt. Tarnoviæ 19. Oct. 1865.

IV. Series collectionum piarum

Continuatio ad Curr. IV. V. et XV. ex a. 1865.

A) Pro Aerario Pontificio.

N. N. 3113 — 3144 — 3232 — 3469 e **dispensationibus**, N. 3112 ex *Olszówka* 3 fl. — N. 3141 e *Łękawica* 9 fl. e *Zwiernik* 2 fl. 40 xr. — N. 3195 e Decanatu Vet. Sandec. 32 fl. 85 xr. et quidem a Ven. Clero, parochianis *Vet. Sandec.* una cum Monialibus S. Clarae 20 fl. 10 xr. a Curato in *Nawojowa* 2 fl. a parochianis ibidem 5 fl. a Curato in *Barcice* 2 fl. a parochianis in *Zeleźnikowa* 3 fl. — N. 3229 e Decanatu *Neo-Sandecensi* 42 fl. 69 xr. nominatim e *Chomranice* 2 fl. 50 xr., ex *Jakóbkowice* 11 fl. 60 xr., e *Kamionka* 2 fl., e *Męcina* 2 fl. e *Mystków* 1 fl. e *Pisarzowa* 1 fl. 50 xr. *Neo-Sandecia* 5 fl., e *Tęgoborza* 5 fl. 60 xr., ex *Ujanowice* 3 fl., e *Wielogłowy* 4 fl. 40 xr. e *Zbyszyce* 4 fl. — N. 3329 e Decanatu *Neoforiensi* 52 fl. 12 xr. et quidem: e *Klikuszowa* 1 fl. 80 xr., e *Poronin* 14 fl. 57 xr., e *Ludźmierz* 6 fl., ex *Odrowąż* 2 fl., ex *Ostrowsko* 5 fl. 66 xr., e *Neoforo* 18 fl. 40 xr., ex *Harklowa* 3 fl. 69 xr. — N. 3330 e Decanatu *Wilopolensi* 78 fl. 45 xr. respective e *Brzeziny* a parochianis et a V. Parocho per 4 fl., e *Dobrków* a parochianis 2 fl. a V. Parocho 5 fl.; e *Łączki* a parochianis 23

fl. a V. Parocho 5 fl. a V. Coperatore 2 fl. e *Mała* a parochianis 2 fl. 33 ½ xr. a V. Parocho 2 fl., e *Nockowa* a parochianis 7 fl. 80 xr. a V. Parocho 5 fl. 20 xr., e *Pstrągowa* a parochianis 2 fl. 1 ½ xr. a V. Parocho 1 fl., e *Siedliska* a parocho 2 fl. a V. Cooper. 1 fl. e *Wielopole* a parochianis 5 fl. 10 xr. a V. *Curato* 5 fl. — N. 3429 e Decanatu *Bobovaensi* 77 fl. 15 xr. nominatim e *Bobowa* 2 fl. 50 xr. e *Bruśnik* 4 fl., e *Ciężkowice* 6 fl., e *Grybów* 16 fl. 33 xr. ex *Jastrzębia* 6 fl. 30 xr., e *Korzenna* 4 fl. 45 xr., e *Krużlowa* 3 fl., e *Lipnica* wielka 7 fl. 10 xr., e *Mogilno* 10 fl. 25 xr., e *Podole* 2 fl. e *Rożnów* 2 fl., e *Siedlce* 3 fl. e *Tropie* 2 fl. 3 xr. e *Wilczyska* 3 fl., e filia *Ptaszkowa* 5 fl. 18 xr. — N. 3475 e *Zalassowa* 4 fl. 50. — N. 3481 e Decanatu *Makowiensi* 223 fl. 3 xr. et quidem ex *Jordanów* 18 fl., e *Łętownia* 9 fl., e *Maków* 38 fl. e *Mucharz* 10 fl. e *Raba wyżnia* 14 fl. e *Rabka* 13 fl. 13 xr. e *Sidzina* 18 fl. e *Spytkowice* 2 fl. 90 xr. e *Sucha* 40 fl. e *Tarnawa* 1 fl. e *Zawoja* 12 fl. e *Zembrzyce* 10 fl. e *Krzeszów* 27 fl.

B. Collectiones pro Missionibus &c.

N. 3140 Pro *Buczacz* e *Pilzno* 11 fl. 60 xr., e *Łękawica* 7 fl. 50 xr. e *Zwiernik* 2 fl. Pro *Kołomeja* 4 fl. e *Zwiernik*, quae collectae summae immediate ad respectivas Instantias sunt immissae. — N. 3176 a V. Curato in *Szczucin* pro Missionibus 10 fl. — N. 3195 e Decanatu *Vetero-Sandecensi* et quidem pro *Radomyśl*, Monialibus Premisliensibus et Franciscanis Premisliensibus, a V. Clero, Monialibus et parochianis Vetero Sandeciensibus per 20 fl. pro prolibus *Chinensibus* e *Vetero-Sandecia* 6. fl. pro Missionibus *Orientalibus* e *Tylicz* 2 fl. 15 xr., pro *Mehitaristis* e *Muszyna* 75 xr. — N. 3229 e Decanatu *Neo-Sandec.* et quidem e *Chomranice* 1 fl. 50 xr. pro *Monial. Prem.* e *Jakóbkowice* 6 fl. 10 xr. pro *Mon. Prem.* per 1 fl. pro *Admont*, *Kołomea*, *Horodenko*, *Bełz*, *Cieszanów*, 1 fl. 18 xr. pro *Radomyśl* e *Kamionka* 1 fl. 50 xr. pro *Monial.* 25 xr. pro *Radomyśl*. per 20 xr. pro *Admont &c.* e *Męcina* per 1 fl. pro *Monial.* et *Radomyśl*, 24 xr. pro *Admont* per 50 xr. pro *Kołomea &c.*; e *Mystków* per 1 fl. pro *Monial.* et *Kołom.* 50 xr. pro *Horodenko*, per 40 xr. pro *Bełz* et *Radomyśl* 20 xr. pro *Cieszanów*; e *Pisarzowa* 1 fl. pro *Monial.* 50 xr. pro *Admont.* 16 xr. pro *Radomyśl.* per 10 xr. pro *Kołomea* &c.; e *Neo-Sandecia* 40 xr. pro *Radomyśl*, e *Tęgoborza* 5 fl. 12 xr. pro *Mon.* 50 xr. pro *Radom.* 20 xr. pro *Bełz*, per 24 xr. pro *Admont* et *Horod.*: ex *Ujanowice* 1 fl. 50 xr. pro *Mon.* 13 xr. pro *Admont*, per 40 xr. pro *Kołom.* &c.; e *Wielogłowy* 1 fl. pro *Mon.* per 50 xr. pro *Radomysl* et *Cieszanow*; e *Zbyszyce* per 25 xr. pro *Kołom. Horod. Bełz*, et *Radomyśl*. — N. 3329 pro *Mechitaristis* ex *Odrowąż* 8 fl. — N. 3476 Puellae scholae *Vetero-Sandec.* pro *Infantia Jesu* 18 fl. 36 xr. — N. 3480 pro *Mechitaristis* e *Raba wyżnia* 5 fl., e *Sidzina* 20 fl. 22 xr. e *Spytkowice* 5 fl. 1 xr. — N. 3482 et 3483 e Decan. *Makov.* pro *infelicibus* incolis et pro *Missionibus* 10 fl. 15 + 3 fl.; e *Łętownia* 3 fl.; 12 fl. + 13 fl.; e *Mucharz* 5 fl. + 3 fl.; e *Raba wyżnia* 3 fl. + 3 fl., e *Rabka*, *Sidzina*, *Spytkowice* per 3 fl.; e *Sucha* 25 fl. + 9 fl.; e *Tarnawa* 2 fl. e *Zawoja* 10 fl. + 3 fl. e *Zembrzyce* 4 fl. + 3 fl.; e *Krzeszow* 6 fl. + 3 fl. — N. 3509. pro *Kołomea* e *Bestwina* 7 fl. **Nomine Eorum, pro quibus dona hæc immissa leguntur, gratiæ aguntur, et benedictio divina exoratur &c.** Tarnoviae 10. Oct. 1865.

Mutationes inter Ven. Clerum mensibus Septembri et Octobri 1865.

5. Sept 1865	N. 3111.	A. R.	**Romanus Fiałkowski**	nominatus Præfectus Seminarii.
dtto	3114.	R.	**Josephus Haustecki**	applicatus qua Cooper. ad Czaniec.
15. dtto	3227.	R	**Adalbertus Kopciński**	Administrator in Siepraw canonice institutus pro eadem beneficio.
22. dtto	3315.	R.	**Jos Swiba**	Coop. in Podgórze nominatus Administrator in Wieliczka post mortem Canonici honorarii et Curati Stan. Osuchowski.
28. dtto	3325.	R	**Gasparus Bilik**	factus Cooper. in Zassów
1. Oct 1865.	N. 3461.	A. R.	**Joann. Krajger**	Par. in Gruszów institutus pro Brzezie.
dtto		R.	**Franciscus Zagorzyński**	Adm in Brzezie factus Admin. in Gruszów.
11. dtto	3529	A. R.	**Franc. Chwistek**	Par. in Poronin institutus pro Ostrowsko (Białka).
dtto		R	**Bartholomaeus Klima**	Admin. in Białka factus Admin. in Poronin.
12. dtto	3537.	R	**Martinus Kusionowicz**	Coop. in Radłów factus ibidem Admin post mortem Curati p. m Jacobi Wessely.
13. dtto	3546.	R	**Andreas Kulig**	Coop. in Żywiec institutus pro Koszarawa.
dtto		R.	**Joan Biela**	Admin. in. Koszarawa translatus qua Coop. ad Rychwałd.
dtto		R	**Franc. Kwiatkowski**	Coop. in Rychwałd translatus ad Neoforum.
dtto		R.	**Stanisl. Walczyński**	applicatus qua Coop in Żywiec.
19. dtto	3599.	R	**Anton Jaworek**	Coop. in Jurków factus ibidem Admin. post mortem Par. p. m. Dyonisii Klimaszewski

N. 2776.

B. „Sacerdos præcedat"

S. Carolus Borr. oratione in Concilio provinc: 4to.

Continuatio ad Cur. XVI. a. c.

Jam pridem loquuti sumus, sacerdotis esse officium „semper et ubiq. verbo et exemplo docendi," præsertim ostendimus obligationem nostram esse docendi non solum in ecclesia statutis horis, sed avide omnem nobis arripiendam esse occasionem, gravi sermone in privatis quoq: conversationibus errantes emendandi et probos confirmandi. Nunc volumus speciatim meditari brevi de altera parte muneris nostri, nempe docendi **exemplo.** Sacerdos, dirigens gregem Christi, præcedat, lumine boni exempli, rectam tramitem ostendendo. In pastorem fixi sunt oculi totius gregis; ipsum sequuntur oves, quocumq. ierit. Vox illius non feret fructum, si exemplum ipsi non cohæreat. Pastor debet viam vitae christianae concreditis curae suae propria vita monstrare; grex enim magis exemplo, quam verbis trahitur. Cujus vita contemnitur, illius concio quoq., licet esset classica, vilipenditur. Infelix grex, cujus pastor exemplo contrarium ostendit ejus, quod docet & vitiis suis obcœcatus in foveas perniciei gregem quoq. suum detrudit.

Nec satis, si pastor scandala devitat, — necesse est, ut — positive — bonis præluceat exemplis, — nec ipsi sufficit, vitam vulgaris christiani agere; *præcedat*, necesse est. Qui statu suo cogitur sublimia prædicare. cogitur sublimia monstrare. Vita clericalis sublimior

esse debet laicali, nam quæ ædificatio plebi qua discipulo, si est supra magistrum? In sacerdote nil vilis, turpis lucri avidi, nihil lasciviae aut ambitionis, esus et potus concupiscentiae esse debet, nam quomodo segregatus a grege et in luminario digne positus conspicitur, si nil a vulgu differt? quomodo condietur *sale infatuato*? et quomodo vulgus illum reverebitur, si hoc, super quod ipse erubescit, in illo invenit? Quo altius munus, eo major virtus ab illo exigitur, „augentur enim dona, rationes etiam crescunt donorum.“ S. Greg. M. — Ideo S. Paul. epistolis suis repetito monet, „sacerdotes oportere esse irreprehensibiles,“ sint specula virtutum, quibus resplendeat vita Christi.

Præcedat pastor gregi; ergo si est bonus, non stet in eodem statio, sed ad altiora ascendat, majorem semper cupiat perfectionem, colligat sibi merita et pro fidelibus suis emolumenta spiritualia, nam „qui non colligit, dispergit.“ Non datur dudum stagnatio in eodem statu morali, qui aquæ vivæ similis; si non movetur, foetet; anima, perfectionem non anhelans, tepida fit, — ast quod nec calidum, nec frigidum, evomitur ex ore. Quomodo vivificet, qui ipse vita caret vel in charitate Dei et proximi vix spirat aut in agonia jacet!? Væh illi, „qui; dum aliis praedicat, ipse reprobus fit“ — et licet per instrumenta immunda divinus opifex mundare potest animas opere operato, væh sacerdoti, qui se prævie non implet vivificante gratia Dei, donec illam in corda aliorum transfundat.

Viam autem, qua pastor gregi suæ præcedere debet, ostendit ipsi ecclesia in oecumenicis et provincialibus synodis, nec non praescriptis diœcesanis, locorum circumstantiis accomodatis. Fideliter vadat juxta hanc normam et vitam suam non instituat juxta regulas a Christo rejectas, de quibus pharisæi arguebantur, quod imponebant onera plebi, digito autem ea movere nolebant &c. non secundum sapientiam hujus mundi nec principia machinationum perversarum, sed juxta sacra evangelii eloquia; non ducat vitam voluptatis, sed mortificationis, humilitatis, patientiæ, activitatis, pœnitentiæ. Qui hanc regulam sequuntur, pax super illos!

Sicut sacerdos laicis, sic **domus** quoq. parochialis communitati præluceat; nam „qui domui suae praeesse nescit, quomodo reget ecclesiam?“ In illius domo videant omnes, quomodo familia christiana sit gubernanda. **Famulitium** quoq. sit irreprehensibile; invigilet illius moralitati et officiis religionis; ne dicant, famulitium judæorum non differre ab illo parochorum, — illiq. servi, qui Ecclesiam licet sibi proximam, spernant, quantocyus arceantur. Parochus sit exemplum boni patris-familias, **ipse** solus sit caput domum regens eliminetq. omne, quod offendiculo esset. — Pulcherrimum ornamentum domus clericalis sunt virtutes habitantium in ea; domestici ejus sint in odore bonæ coeversationis in parochia domusq. Curati sit quasi capella privata, Deo dicata, ut quisque, illam intrans, — etiamsi nesciat, ubi sit, — dignoscat domum esse sacerdotis catholic

Cancellaria, cubiculum, dormitorium sacerdotis sit—juxta posse — longe ab ille famulitii separatum, ut sine distractione orationi, studiis, officiosis scripturis incumbere quoat, ut parochiani sua vota ipsi expectorare et consilia quaerere possint, quin a domesticis, fors sub janua stantibus vel omnino praesentibus audiantur et ne per familiarem conversationem

cum servis famulabusve decori status sui noceat — aut ipse tentetur, — vel susurribus et malevolis ansam praebeat columniandi. — De caetero — in tota domo sit ordo et mundities

Beneficiati imprimis curam habeant, ne reditus beneficii damnum capiant, — temporalia enim sunt adjumenta spiritualium, nam si Curatus sufficiente sustentatione destituitur, de illa sollicitus tentetur negligere curam animarum. In oeconomia duo sunt extrema vitanda, ne scilicet parochus, lanam magis ovibus diligendo, tantum terrena sapiat et vilis fiat invigilator laborantium (karbownik) — neve officia boni patris-familias negligat et ideo sese defraudari sinat, proinde ob insufficientiam emolumentorum debita in dedecus status sui faciat, quibus exsolvendis impar esset. Sicut triste est, si sacerdos insoluta debita[1]) moriens relinquit; imo, si pauperes, qui illi fors suos obolos concrediderunt, prodigalitate ejus defraudantur: ita etiam mammon congregatum, de quo mala[2]) praesertim aut nulla fit dispositio testamentalis et nonnisi processibus judicialibus ansa datur, testimonium est vilitatis defuncti—ne dicam, mercenarii.

Haec de privato sacerdotis peculio dicta sunto; — quod attinet **fundum instructum** et **inventarialem** beneficii, de hoc scimus, nos juramento penes canonicam institutionem obstrictos esse, illum illaesum salvumque administrare. — In **administratione temporalium beneficii** et **fruitione dotis** redituumq. ejus memor sit parochus, „beneficium datum ipsi esse propter officium:“ orationis, recitationis Breviarii, persolutionis missae sacrificii, administrationis Sacramentorum, praedicationis, catechisationis &c. et dein superflua, i. e. praeter sustentationem domus suae decentem remanentia, sint **hæreditas pauperum**, convertenda ergo non ad ditandos fors indignos, sed ad sublevandam inopiam, pro ornamento ecclesiae, pro educatione cleri junioris, pro augenda devotione, in suffragium animarum, pro Xenodochio, pro scholis localibus, pro emolumento publico parochiae inserviant. Propinquorum nonnisi tunc respectus est habendus, quodsi pauperes sint, — vel si sacerdos ex alio adhuc titulo ipsorum est debitor. —

Qundsi conversatione **orali** sacerdos a vulgo sese discernat, eo magis id **epistolari** oportet. „Littera scripta manet;“ — caveat ergo permanens dare scandalum forsq. derisionem suae personae causare aut correspondentias cum mulierculis alere, quae facile in affectus ipsi indecentes degenerare possunt. — E contrario correspondentia cum experto sacerdote cuiq. — praecipue juniori — commendanda, hac enim invenit solatium hora tristi et consilium tempore opportuno. „Cantu dignoscitur ales“ — et qui non dignoscitur ex se, dignoscitur ex sociis, conversatione sua personali aut ope scripturae. —

Uti **vivendo** sacerdos praecedere debet Christifidelibus, ita etiam **moriendo;** proinde in spiritu sponsae Christi, ecclesiae, de substantia sua mature disponat, — disponat

1) sine libro debitorum, aut libello *exsoluti* famulitii, quorum ex defectu dubia, prætensiones et amaræ sæpe enascuntur querimoniae, Famulitium *omni* mense exsolvatur oportet.

2) **Mala** censetur esse dispositio pro indignis, pro exteris; dein non **testamentalis**, non cum uno aut pluribus hæredibus generalibus; sed **codicillaris**, absque uno aut hæredibus ejusmodi, verum unice cum **legatariis**.. quæ posterior dispositio, ut sæpius jam injecimus mentionem, Instantiis pertractationis laborem causat multiplicem simulque legatarios a capessendis legatis ad plures ablegat annos.

de stipendiis missarum fors receptis, nedum persolutis,[3]) — de libris parochialibus,[4]) inventario, fundo instructo, fors deposita pecunia aut pretiosis, de debitis suis et vice versa de competente sibi jure aliquid exigendi, — de obligationibus, sortibus &c. Mature, — non demum in agone, — digne et solemniter **confessionem** faciat generalem, ultima recipiat Sacramenta, patientia in suo morbo, oratione, suspiriis piis et monitis spiritualibus doceat adhuc suos in lecto, ut morte sua ea obsigillet, quae vivens prædicabat. *Beati, qui in Domine moriuntur!*

Continuatio sequetur.

N. 3599 et 3813.

Piis ad aram suffragiis rursus commendatur.

1. Anima p. m. A. Ri Dionysii Klimaszewski, Vice-Decani Tarnov. et Parochi Jurkovien. annorum primum aetatis 48 et Presbyteratus 25, die 17 Oct. a. c. hora 2. mane, Sacr. moribundorum rite provisi, facta circa substantiam dispositione, cum moerore tot amicorum et parochianorum... in sequelam carbunculi in cervice... demortui, postquam sollicitudine sua templum muratum ad consumationem perduxerat, interne altaribus splendidis et aliis exornaverat nec non externe turri et campanis providerat, sacristiam adparatu in casulis, pluvialibus, linteaminibus Missalibus et Ritualibus novis... ditaverat, Organa demum ampla. jam conduxerat, ac unam scholam in pago suscitaverat &c. &c. Talem et tantum Virum 56 Presbyteri, Nobiles, ac millena fidelium in funere cohonestaverunt.

2. Anima p. m. Francisci Gluziński, Cooperatoris Bochniae.., aetatis 54, Presbyt. 29. an. die 4. Nov. a. c. mane repentina morte consumpti.

Animae utriusque tanquam membra Confraternitatis pro f. o. unum Missae sacrificium ex officio anhelant a superviventibus Consodalibus.

Continuatio sequetur.

---

3) quæ *perceptæ* et *absolutæ* in libro sint consignatæ, non in schedulis haud ordinatis &c.

4) occludendis, matricalibus et bibliothecalibus.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 9. Nov. 1865.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviæ & Premisliæ. Typis Anastasii Rusinowski, 1865.
Impensis Illustrissimi ac Reverendissimi Consistorii.